Extract aus des H. Gene: Major Würtzen Schreiben de dato Crackaw den 2 Febr. ao 1657

Vorgestrigen tages hatt sich die belägerung hiesiger Stadt undt Schloss geendet, indem der Cron Marschall morgends frühe mit allen den seinigen zu Ross undt fuess aus seinem Lager aufgebrochen, undt gegen Wieliczka marchiret, vorhabens, wie er vorgibt, gegen den fürsten Ragoczy zu avanciren: Seine macht aber ist nicht darnach beschaffen, Ich sehe auch nicht, dass Sie so viele mit Ihm conjungiren könten, weil der fürst eine grosse macht beysammen haben, undt bereits den ... Przemisl angekommen sein solle. Durch des Cron Marschalls abzug ist die Zufuhr zur Stadt nunmehr wieder offen. Ich habe in dieser 20 wochen belägerung auch unsere Reuter dergestalt unterhalten, dass Sie in eben so gutem Zustande sein, als Sie bey unser ankunft waren: dagegen hatt er sich sehr ruiniret undt hiebey alles sein Volck gefangen. Welcher gestalt er vor seinem abzuge von Mihr schriftlichen abschied genommen, undt was Ihm darauf wieder von Mihr zur antwort worden, hatt Mein H. ab beylagen zu ersehen.

Illustris Domine Generalis.

Diversitas partium, et officij nostri munera ita me et Ill. V.^am commiserant, ut inter certamina armorum praecipuum de gloria esset, quam utriq; nostrum ex aequo obtingere inter inusitata censebatur. Interim hoc ludibrium edidit belli ratio, ut dum obsidionem hanc solvo, et Ill.^is V.^ae nomini non exiguum claritudinis accedat, nec ego sim extra gloriam. Nam ut Ill.^as V.^a non inter postrema laudum merito numeret, se à Rege suo tanto spatio terrarum dissitum, constantiam ante incommoda cinctæ urbis et expugnandæ pericula præsuisse: ita mihi nemo, si æquus sit rerum æstimator, succensuerit, quod non iniquitate anni, cujus jam rigor in vernantem inclinat imperium, non annonæ difficultate, omni circum regione fertili fœdataq;, non deniq; inclusi præsidij viribus, cujus breves excursiones pro confessione sunt imparitatis motus, ab incepto opere abscedam. Scilicet majora sunt, quæ me avocant, quam quibus unius urbis captæ gloria anteferatur, et ad sum-

1657 1/2

mam rerum validius mihi visum, obviam ire hosti noviſsimè exorto, ac plusquam Vrbis hujus succursum oblendenti; Cæterum quemadmodum in acie omnia in hostes licent, at extra conflictum sunt quædam belli moderamina, quæ potius artes pacis voces: ita spero Ill^tem V^ram in circumjectam regionem non sævituram: minime autem in locum illum, ex quo per salis commercium vobis quoqz patebit privatæ ac publicæ rei acceſsio; quâ de causa mitto D^n. Morstein ad Ill^tem. V^ram utrei salinariæ gnarum, et sensus meos prompturum. De reliquo Ill^as V^a sciat velim, me semper optimum testem virtutis Ill^tis V^ræ et prudentis fortitudinis futurum, quod eò pronius agnosco, quod, dum Ill^as V^a nostra, bono magis exemplo quam conceſso jure retineat, et nobis nostra repetere jus et animus sit, brevi sperem, idem ab Ill^te V^ra mereri testimonium, iisqz cum Ill^te V^a certare officijs, quæ virtus etiam inter hostes conciliat, et quæ Ill^tas V^a interim moderatione animi in vicinam, à nobis exegerit. Cæterum illi officia mea et votum omnium defero prosperum. Dabantur ex Castris Polonicis die 10 Februarij A^o 1657.

Ill^tis V^a.

Ad officia paratiſsimus Servitor
Georgius Lubomiskij

Ad D^n. Gubernatorem
Cracoviæ

Illustriſsime ac Excellentiſsime Domine

Literis permanus generosi Morstein mihi redditis edoctus sum Ex^am V^am ad urbis hujus obsidionem solvendam novi hostis impreſsione compelli, eiqz resistendo vim omnem directum eſse. Qua in re periclitandi vires uberrimam quidem Ex^a V^a habet facultatem, sed fortunam profectò maximè habitura dubiam. Fecerit itaqz, ex arbitrâ prudentiâ, converteret Ex^a V^a animum ad con,

ſilia accommodationis: quam ut in rumosum parietem se
suasq; Spes inclinaret. Vastæ quidem virtutis et felicitatis
Ex.am V.am esse credo, dubito tamen, in contrarium obstrepen-
tibus ventis, brachia sua valitura. Existimationis meæ
testimonium literis Ex.æ V.æ expressum ut magni faciam,
non tam merito meo quam suo fit: quod ipsum me excitabit,
ut pegi testimoniæ Ex.æ V.æ gloriæ adstruendæ non sim
defuturus, quam non tam justarum virium robore, sed provi-
dæ Sagacitatis remigio propriam sibi Exc.a V.a fecit. Mo-
deramen ac temperamentum belli quanquam omne viciniæ
injuriis quà verbis quà factis absumpserit, tamen ex genio
indulgebitur nostro, quo S.æ R.æ M.ti Sueciæ Domino meo
Clementissimo non vastitatem terrarum, sed populis foelices
provincias conservare inter purissima gloriæ reputamus.
Interim illud omne ex viciniæ erga nos studiis metietur.
Tales nos experientur vicini, quales nos ipsos experturi
sumus. Specialim verò, quâ ratione Welicæ et Salis
fodinarum decisa sunt, Generosus Morsteinius, in eam
rem ab Ex.a V.a missus, vivâ voce referre poterit. Quod super-
est, Ex.am V.am tam honorificâ occasione fastidiosâ hu-
jus urbis curâ liberari gratulor, et ut quietum vitæ por-
tum attingat, cum obsequiorum meorum promptâ oblatio-
ne animitus voveo. Dabam Cracoviæ die 1 Februarii
Ao 1657.

Exc.æ V.æ

ad obsequia paratissimus
Paul Wirtz.

Ad Pr. Regni Poloniæ
Mareschallum.

B.